CIMELIA
Qu 4069

22011

25 ctk

Dionisii Tessalonicensis 1888. V. 20.

De situ orbis . . . liber.

Cracoviae. 1504.

Biblioteka Jagiellońska.



II. d. 94.

Poezya



Bj XVI

II. d. 94.

Dionisij Thessalonicensis De situ orbis: vl' Cosmographia Liber: quo triũ ꝑtiũ mundi varie regiões: popli: maria sinus: insule: flumina ⁊ mõtes hexametris ꝟsibus luculẽter ⁊ noiati describuntur a p̃sciano in latinum e Greco traductus.



Hexastichon dicolon ad Cãdidum lectorem.

Si: quos luminib⁹ poteris nõ cernẽ tract⁹:
Equoris et terre: carmine nosse velis
Huc ꝓpera ac nitiduz satagas mox soluẽ nũ
Hoc op⁹: vt voti lucra petẽda feras (mis
Quod lõgo sapiunt plẽs conamine: credas:
Id breuis in promptu lectio suppeditat.

Dionisij Tessalonicēsis de situ orbis: Liber Prisciano grammatico Interprete.

Nature genitor:q̄ mundum cōtinet omnem:
Annue rex celi positum telluris et vnde:
In quas imperium mortalibus ipse dedisti
Materie tante me ꝓmere carmine digno.
Incipiens terre tractus pontiq; meatus
Et fluuios canere atq; vrbes populosq; per orbem
Discretos:late refluum memorare parabo
Oceanum:tellus quo cingitur equore tota:
Insula seu se se diffundens littore vasto
Non tamen assiduo:teres vndiq; margine circū
Clauditur hec bifido:sed brachia littore pandens
Arctatur rapidos cursus ad solis vtrinq;
Assimilis funde:sed quamuis corpore toto
Una sit hec:homines tris dicunt esse diremptas
Et primam lybien:post europen:asiamq;
Sed lybiam europe discernit finibus amplis
Linea:quam obliquant gades atq; hostia nili:
Qua borec excurrit memphitis terra sub axes

Atq; locum nouit spartano famo canopo
Sed terras aquilo qua frigore damnat iniquo
Europen asie tanais disiungit ab oris
Sauromatas linquens: scythiam qui gurgite vasto
Prestringit precepsq; ruit meotida poscens
At medius finis iam iam decliuis ad austrum est
Quas hellesponti fauces dixere priores
Sed magis australis sunt terminus hostia nili
Per mare sic fluuiosq; patens discernitur orbis
Ast alij terris malunt discernere terras
Finibus est asie latus arctum lingua supernis
Caspia quam mediam faciunt: atq; equore ponti
Euxini locus hic discrimen dicitur esse
Europe atq; asie disiungens ruribus arua
Ast alius finis longissimus exit in austros
Qui secat egypti terras equorq; sabeum
Separat hic lybien asie confinia rumpens
Talia mortales perhibent discrimina terre.
Circuit oceani gurges tamen vndiq; vastus:
Qui quamuis vnus sit plurima nomina sumit
Finibus hesperijs atlanticus ille vocatur

At boree qua gens furens arimaspa sub armis
Dicitur ille piger nec non saturnius idem
Mortuus est alijs minimo quod lumine solis
Perfruitur: tarde radios nam suscipit ortus
Nubibus et crassis premitur: nimbisq; grauatur
Unde tamen primo conscendit lumine titan
Eoumq; vocant: atq; indum nomine pontum
Sed qua deuexus calidum polus excipit austrum
Ethiopumq; siml' pelagus rubrumq; vocatur
Qua deserta patet tellus ardore perusta.
Circuit oceanus sic totum maximus orbem
Nominibus varijs celebratus: et equore tanto
Hinc atq; inde sinus penetralibus efficit ille
Exiguos multos dirimens mare quattuor amplos
Persecat hesperiam primus qui porgitur vndis
Pamphyliumq; latus libye protendit ab oris
Hic minor est reliquis. maior quē caspia tellus:
Suscipit intrantem vastis aquilonis ab vndis
Nomine saturni: quod thetys possidet equor
Caspius iste sinus simul hircanusq; vocatur
At duo qui veniunt australis ab equore ponti:

Hic supra cūrens mare persicus efficit altum
E regione situs: qua caspia voluitur vnda.
Fluctuat ast alter pancheaqꝫ littora pulsat
Euxinū contra pelagus protentus in austros
Hosce sinus perhibens: quos tethyos efficit vnda
Maiores nam sunt alij: multiqꝫ minores.
n Nunc maris hesperij lustrabo carmine tractus
Flexibus in varijs quo frangit equore pontus
Astringens pelago terras circumfluus illis
Montibus: et radens suppostas vrbibus oras.
Adsis o numen studiorum presul et artis
Ordine principium capiens atlantis ab vnda
Herculeo celebrant: quam note munere gades:
Celiferasqꝫ tenet stans atlas monte columnas
Et primus vastis qui pontus hibericus vndis
Diuidit europen libya communis vtriqꝫ
Hinc atqꝫ hinc statue sunt: ambe littora cernunt
Hec libyes hec europes aduersa tuendo:
Gallicus hunc gurges qui celtica littora pulsat
Excipit: hunc sequitur ligurum cognomine dictus
Qua domini rerum terris creuere latinis.

Ad petram leucen aquilonis ab axe reductus
Que freta sicanie concludit littore curuo
Insula sed cyrnos proprijs pulsatur ab vndis:
Intra sardonium pelagus celtumqꝫ refusis:
Inde salis tumidus tyrrheni voluitur estus
Ad partes vergens australes:excipit istum
Sicanie gurges solis deflexus ad ortus:
Qui procul effusus pachynis tenditur oris
Ad creten summam que prominet equore rupem:
Qua gortyna potens medijs qua phestos in aruis
Arietis hanc rupem simulātem vertice frontem
Pro merito graij criu:dixere:metopon:
Hoc mare gargani concludit iapygis ora:
Illinc incipiens extenditur adria vastus:
Ad boream penetrans pelago solemqꝫ cadentem
Ionius pariter sinus hic perhibetur ab orbe.
Diuidit et geminas diuersis partibus oras:
Quas tamen extremas cōiungit terminus vnus
Ad dextram partem protenditur illyris alma
Post hanc dalmatie populorum martia tellus
Ad leuam ausonie porrectus continet isthmos

Quem tria circudant maria vndiqꝫ littore curuo
Tyrrhenum ſiculum necnon ſimul adria vaſtus
Finibus at proprijs excepțant ſingula ventos
Tyrrhenum zephiro ſiculū ſed tunditur auſtro
Adria ſuccurrens eoo frangitur euro.
Aſt poſt ſicaniam tractu diffunditur alto
Ad ſyrtim pelagus libycis que cingitur oris:
Maiorem poſtquam minor excipit equora longe
Atqꝫ ſinu gemino reſonantia littora pulſant
Finibus a ſiculis creteum tenditur equor:
Ad ſolis veniens ortus ſalmonida poſcens
Dicitur eous qui crete terminus eſſe:
Poſt hanc eſt geminum mare vaſtū fluctibus altis
Fluctibus hiſmarici boree quod tunditur atris
Qui ruit aduerſus celſe de partibus arcti
Quod prius eſt phariū perhibent: hoc littora tangit
Precipitis caſu montis: poſt vnda ſecūda
Sidonium eſt pelagus penetrat qꝫ gurgite pontus
Iſſicus arctoas ad partes equore vergens.
Non longe rectus. cilicum nam frangitur oris.
Hinc zephyros poſcēs veluti draco flectitur vndis

Quod iuga montiuagus vastat: siluasq; fatigat:
Partibus extremis pamphilia clauditur isto:
Atq; celidonie rupes cinguntur eodem
At ꝓcul hinc zephyrus finit patareide summa
Post hec arctoas ad partes aspice rursus
Aegeum superat qui fluctibus equora cuncta:
Dispersas vasto qui gurgite cycladas ambit
Terminat hunc imbros pariter tenedosq; coercens:
Angusta trahitur que fauce propontidis vnda
Asia: quã supra populis distenditur amplis
Ad nothiam partem qua latus ducitur isthmos:
Threcicus sequitur post bosphoros hostia ponti:
Hoc nullum perhibent terras angustius orbis
Esse fretũ dirimens. hic sunt simplegades arcte.
Panditur hic ponti pelagus titanis ad ortus
Quod petit obliquo boream solemq; meatu
Hinc atq; hinc medio percurrunt equore colles:
Unus qui veniens asie de parte carambis
Dicitur australi: sed contra finibus alter
Prominet europe hunc criu: dixere: metopon.
Ergo conueniunt aduersi gurgite tanto
Distantes quãtum ternis transire diebus

Eualeat nauis bimarem sic equore pontum
Aspicias similem cornu quod flectitur arcus
Neruo curuati distento dextera neruum
Assimilat: recto trahitur nam linea ductu
Extra quam boream quo scandit sola carambis
Sed formã cornu geminatis flexibus edit
Littus quod pontum cingit sub parte sinistra
In quam meotis penetrans aquilonis ad axes
Quam scythie gentes circundant vndiqꝫ ripis
Et matrem ponti perhibent meotidis vndam.
Scilicet hic ponti vis exit gurgite multo
Cimmerium torrens per bosphoron: hic vbi taurum
Cimmerij gelidis habitant sub finibus vnum
Hec maris est species splendens hec forma ꝓfundi.
Nunc tibi telluris regiones carmine pãdam
Ut cernas animo non visas lumine terras
Atqꝫ docens alios lauderis pectore docto.
Incipiens libye tenuisqꝫ a tethyos vndis
Oceanus tyrias qui pulsat gurgite gades
Tenditur ad nothias partes et solis ad ortus:
Et mense formã reddit mensoribus artis

Quam tradunt terre non equa margine cinctã:
Terminat hec fines rubri prope littora ponti
Latos ethiopum populos: quos possidet alter
Quem calidis iuxta terris pascuntur erembi
Hos pelli similes pardi dixere priores
Nanqꝫ solũ squallens vrbes distinguit opacas.
Hac sitis hac humor latos variatur in agros
Sed summã libyen habitant ad tethyos vndas
Alcide qua sunt statue maurusia plebes
Post hos immense nomadum de semine gentes
Atqꝫ masesilij necnon masylia proles.
Saltibus hos duris asper siluisqꝫ vagantes
Victus alit seua quesitus cede ferarum.
Scilicet ignaros terras proscindere aratris
Agricolasqꝫ boues plaustris domitare sonoris:
Nanqꝫ errant nemorum per dumos more ferarum.
Quos prope tendũtur fines carthaginis alte
Perpetuas tyrijs celebrat que condita laudes
Qua regnans felix dido per secula viuit.
Atqꝫ pudicitiam non perdit carmine ficto
Hanc minor insequitur syrtis maiorqꝫ secunda

Qua tumor immensus tyrrheni pellitur estus:
Accessuqꝫ furit ficcisqꝫ receptus arenis
Ast inter syrtis vrbs est quam nomine dicunt
Esse neapolim hanc supra iustissima fertur:
Hospicijs gaudens gens degere lotophagorum
Hos licet ad fines desertas cernere terras
Extinctis populis nasamonum marte latino:
Asbyste post hos terrarum rura tenentes
In medio summis lybicis et gentibus ammon.
Necnon cyrene clarorum mater equorum
Urbis amyclee battus quam cōdidit olim.
Marmaride post hos egyptia flumina vertūt
Getuliqꝫ super sunt viciniqꝫ nigretes:
Continuo post hos sequitur pharusia tellus
Hanc habitant iuxta garamantes debrite clari
Que superat cunctas vrbs miro munere fontis:
Frigore qui noctis feruet calefactus et vmbris
At solis friget radijs glacialis et igni
Omnibus extrema populis clauduntur in ora
Ethyopes: libyes vbi finit littore cerne
Oceanum nimio que pulsat sole calentem.

Nec longe feruent blemiorum collibus agri
Hinc fluuij pinguis descendunt flumine nili
Partibus a libycis: qui currens solis ad ortus
Sirus ab ethiopum populis cognomine fertur:
Versum cultores nilum dixere syenes:
Hinc currens nilus ad partes flumine pingui
Fertilis egypti terras fecundat opimas:
Septeno ferit pelleum gurgite pontum
Non alius tantum fluuiorum ditat arenas:
Atque trahens limum complectitur vberẽ campos:
Hic latis libyen asie disterminat oris:
Hec ortus cernit: videt austros illa calentes:
Hunc habitant iuxta sapientum corda virorum
Disposuere vias qui vite mente potenti:
Et primi dederant sulcos et semina terris:
Obliquos solis tractantes pectora cursus:
Horum telluris fines nunc carmine dicam
Et formam celebrat quã gloria magna per orbem:
Hec igitur latis diffusa patescit in aruis
Fertilis et superans alias pinguedine glebe:
Marginibus laterum formatur at vndique ternis

Lata quidem boree sub littore tenditur oris
Ast ortus angusta petit:summamque syenem:
Quam celsi mediam montes vtrinque coercent:
Irrigui per quam descendunt flumina nili
Hanc habitant homines multi paritereque opulenti
Qui veteris clareque colunt sub menia thebes
Quam perhibent centum portas habuisse priores
Filius aurore memnon qua regna tenebat.
Hic sunt et septem medijs in finibus vrbes:
Quas celebrat totum discurrens fama per orbem:
Et quicunque maris viuunt prope littora vasta.
Qua lacus est ingens liquide serponidis vnde:
Ad cuius zephyrum macedum sunt menia regis:
Et pharos in idothees scopuli pallenidis alti.
Post vrbs sub cassio pellusi vergit ad ortus.
Nauigijs populus duris quam possidet aptus
Non tamen est libyes ponendus finibus iste:
Scilicet ceas nili qui continet oras:
Nili quem circum floret mirabilis arbor:
Extinguit que sitim pomo:cui nomen adipsos:
Hec facies libyes.hic claudit terminus illam:

Sunt tamen hic alie gentes: que littore summo
Tethyos aut medijs habitant telluris in aruis
Et gratas circum ripas tritonidis vnde:
Hic lapis heliotropius: qui nomine vero
Dicitur: conuertit radios nam solis in vnda:
Si quis eum fusa labris immergat aenis
Sanguineiq; rubens resplendet luce coloris
Purior at soli renidet nudatus ab vndis.

I placet europes quoq; me nunc dicere formã
Haud taceã: similis libye est s; vergit ad arctos
Finibus et pariter distentis pergit ad ortus
Linea nanq; asie similis disiungit vtranq;.
Hec nothias spectat partes: aquilonis at illa
Ast ambas vnam si terras esse putemus
Assimulent conum laterum cõpagibus equis:
Cuius ad occasus est summum: lata sub ortu:
Sic europa tibi facili dignoscitur arte.
Ad cuius summum prope metas herculis alti
Magnanime gentes dederat quis nomen hiberus
Ad spacium multum terrarum rura colentes
Oceanum boree contingunt frigore durum

Scrutanturq; decus pulchrum sapientibus auri.
Quos tamē haud maculat presens: nec deijcit absens
Qua sunt germani bellaces: atq; britanni
Saltibus hercinis germania subiacet atrox.
Hec tergo similis taurino dicitur esse.
Et pascit volucres mirum fulgentibus alis:
Quis ducibus noctu cernuntur flexa viarum.
Pyrrhenes sequitur mons: post hunc celtica tellus
Eridani fontis contingens rauca fluenta.
Hic phaethonta suum care luxere sorores
Hic electra legunt alnis stillantia celte
Succina que memorant mellis viniue colores
Que paleas rapiunt tractu: frondesq; caducas:
Post hos tirrheni: quos iuxta solis ab ortu
Incipiunt alpes: quibus exit gurgite vasto
Oceani rumpens glacialis littora rhenus:
Hunc prope consurgit fons Istri flumine longo
Qui poscens ortus: euxini peruenit vndas
Irriguam peucen amplexus gurgite quino
Cuius in arctoas est partes barbara tellus
Innumeras gentes gremio complexa reducto:

Cui finem faciunt meotidis hostia vaste.
Hinc sunt germaniq truces: et sarmata bellax
Atq gete: necnon basterne semina gentis.
Dacorumq manus et martia pectora alani:
Atq dromon tauri retinentes fortis achilli.
Angustum et longum meotidis hostia iuxta:
Hos equites supra celeres funduntur agaui:
Atq melanchenum populus metuēdus in arcu
Post hippemologi sunt: hippodesq potentes:
Atq gelonus cū neutris. pictiq agathyrsi:
Hic vbi descendit porrecta borystenis vnda
Euxinūq subit criu: prope tracta: metopon
E regione iacet locus hic symplegados arcte
Hic sunt aldesti quoq panticapiq fluenta
Diuidui currūt ripheis montibus ambo
Immiscent qua se ponti glacialibus vndis:
Nascitur electrum perlucens luce nitenti
Mense solet primo qualis splendescere luna
Hos adamanta legunt iuxta fortes agathyrsi.
Tot dirimit gentes aquilonis partibus ister.
Huius ad australes terras gerreq feroces

Noricijꝙ colunt bellaces pannonijꝙ
Et mysi thracum boreis in finibus orti.
In quorum terris quas ponti perfluit vnda
Ignipotens oleo commixto gignitur herba
Medica cui nomen cuius compescere flammas
Si quis aqua cupiat: plus ignem pascit in illa.
Pulueris hunc iactus potis est extinguere solus:
Thraces erant post hos latissima rura tenentes
Que torrens stringit finitꝙ propontidis vnda:
Atꝙ hellesponti fauces egeus: et altus
Nascitur hic scopulus pallene gemma refulgens
Asterium phibent: stellis certare putatur:
Et flamme similis splendenti lumine lychnis
Hic ripas istri porrectas vndiꝙ stringunt.
E Urope reliquas nunc partus aspice ternas
Phebeos vergēs: quibus eminet illa sub ortus
Prima est hispanum: que frangit littore pontum
Altera tyrrhenum que pulsat molibus equor
Tercia que graios circunflua gurgite pascit.
Sed tamen oceanum contingit hiberica tellus:
Occiduum calpe: qua summā sustinet vnam

Herculis e statuis: quam supra diues et alta
Tartessus bemsiqꝫ sedent qui collibus imis
Pyrrhenes: celum qui tangit vertice summo:
Ast ambas intra tellus iacet ausonidarum
Limite quam recto mediam secat apenninus
Qui mons incipiens boreis ex alpibus altus
Infreta sicanie porrectas terminat oras:
Hunc vrbes circũ populi gentesqꝫ frequentant
Quos breuiter retegam nostro tibi carmĩe cũctos
Tyrrheni primũ fortes: iuxtaqꝫ pelasgi
Cyllentes quondam propria qui sede relicta
Tyrrhenis socias petierũt nauibus arces.
Hos ꝓpe sunt omni superantes laude latini:
Quorum per terrã discurrit in equore thybris
Regius irriguo dirimit qui gurgite rhomam
Romam q̃ genitrix regum dominatur in orbem:
Post hos pingue solum sequitur campania diues
Hic tibi parthenopes domus est castissima frugum
Fertilis: hanc pontus propriis exceperat vndis
Ad noton est longe supra sirenida rupem
Lucentis silari gurges spectabile flumen:

Hunc habitant prope lucani brutiqꝫ coloni
Ad leucapetrā longissima rura tenentes
Hinc est ad boream zephyri que summa vocatur:
Sub qua sunt locri celeres: qui tempore prisco
Istuc reginā propriam venere secuti
Ausoniamqꝫ tenent: qua currit flumen halecis:
Menia cernūtur metaponti: deinde crotonqꝫ
Quam pulcher gratā preterfluit esarus vrbem.
Vlterius pergens hinc templa lacinia cernens:
Post hec est sybaris: perijt quē numinis ira
Preponens hominū tumulos celestibus aris.
Poscere qui priscis ausi certamina soli
Samnites medio complectitur itala tellus
In gremio: marsosqꝫ simul: tunc deinde tarentū
Tangitur equoribus: quod muniuere lacones.
Continuo calabre telluris rura sequuntur
Vsqꝫ hyrij summā: sed tendit iapygis ora:
Qua salis adriaci trahitur vastissimus estus:
Atqꝫ sinum penetrans aquileiū colligit vndas.
Alta tegestreon postreme menia terre
Qua sinus ionius finitur gurgite lasso.

Hi sunt ausonie populi gentesq́ potentes:
Flexilis hinc pontus conuertens vergit ad ortus:
Atq́ liburnorum terras hyllosq́ feroces
B. limeon pariter prestringens littora currit:
Et venit illyrias late porrectus ad arces.
Quas tollunt montes excelsa cacumina summas.
Cernitur hinc tumulus qui cadmi dicitur esse.
Hermioneq́ simul: nāq́ hic serpentibus illi.
Corpora post tempus longum mutasse ferūtur
In senio: postquā patriā thebasq́ relinquunt
Hinc illos aliud posuerunt numina monstrū.
Nanq́ duo tumuli concurrunt peste futura
Significat quoties seuissima damna colonis:
Hec regio fontem mirande concipit vnde
Quē merito veteres dixerunt nomine sacrum:
Nam gelidus superat cunctarū frigus aquarum:
Accensasq́ faces si quis prope duxerit vndam
Extinguit flammas: recipit sed rursus easdem
Ad moueat dextra cū extinctā lampada fonti:
Sed supra tracen: necnon epiron ad austros
Principiū terre doctissima grecia sumit

Ascendens multũ:geminoq; sub equore cincta
Aegeo siculoq;:mouent que flamine venti
Diuerso:siculum zephyrus tenet:eurus at altũ
Aegeum:sequitur pelopis post insula lata
Consimilis folio platani: quod muris acutans
Aequiparat caudã:cuius iacet isthmos imago
Hellados ad boream sibimet confinia iungens:
Latior at tellus folium seu flexile circum
Cingitur equoribus zephyrũ tryphyllidis arua
Excipiũt:per quã descendit flumine pulchro.
Alpheus:qui missen discinditur vndis
Eurote:terris ambo nascuntur ascis.
Hic tamen eleos:et diuidit ille laconas.
Hic medijs habitant late telluris in aruis
Arcades apidanei sub scopulos erymanthi
Qua melas atq; crathis fluuij qua currit iaon
Tenditur atq; vetus:qua longo gurgite ladon
Hic merulos perhibent albos mirabile dictu.
Hic nasci nilum:qui tacto census ab igni
Extingui nequit et quem grai nomine vero
Albestũ memorant:ferri nitet ille colore.

Juxta est argiuũ tellus pariterq̃ laconum
Ortus argiui vergunt:lacones ad austros.
Aequoribus geminis isthmos pulsatur vtrinq̃
Hoc ephyren cõtra est zephyrus:sed verberat illud
Eurus in imensum que mergitur vnda ꝓfundũ
Nomine quã danai dixere sacronida prisco.
Attica sed tellus post ysthmon solis ad ortũ est
Hinc orythyam boreas rapuisse puellam
Traditur:hic ilisos equis deuoluitur amnis
Boetum sequitur finis qua dicitur vnda
Esse potestatis diuerse: nanq̃ duobus
Fluminibus vertit veruccum lana colorem
Hoc fuscat niueas:hoc albat gurgite nigras
Locridis inde solũ sequitur regionis:et ora
Tessalis et tellus macedum cũ menibus altis
Sub cuius scopulos tangentes vertice celum
Spelunce veteris seruant insignia cladis
Finibus in mediis terrarũ nanq̃ videntur
Ostrea nutricibꝰ siccata latentibus esse.
Diluuiũ latebras dederat quod piscibus illas.
Concipit et parit hic nature munere gemmas

Quã peaniten perhibent pregnantibus iste
Auxiliũ confert facilis releuamine partus.
Cernitur hinc niueas attollens vertice rupes
Hemus threicius: quẽ contra tenditur agris
Ad zephyrum regio dodones lata feracis:
Ad cuius nothias partes sub rupe aracynthi
Aetole gentes sunt belli laude potentes
Campi quos medios acheloia persecat vnda.
Et mare trinacriũ perrumpit echinadas intra
Regna cephalene prope sunt sapientis vlyssi
Iste galactiten ripis ostendit in altis
Vberibus prodest: nec non infantibus idem:
Et si quis terat hunc: albescit lacte liquescens
Hunc fluuiũ iuxta preclaros solis ad ortus
Phocis ad arctoos ventos extenditur ingens
Donec contingat calida hostia thermopylarũ
Sub iuga parnassi cephisos gurgite magno
Quã mediã dirimit descendens murmure vasto
Qua templũ phebi memorabile delphica sedes.
Nunc magno nobis sunt insule ore canende
Quas hoies toto dispersas equore cernũt.

Est igitur ponto tellus circumflua prima
Cui nomen gadis: statuas hec herculis inter
A tyriis colitur cotinusa vocata vetustis.
Continuoqꝫ iacent gymnasie: has paleares
Romani memorant hinc frangitur equore busos
Sardonie postquam pelago circũflua tellus
Fõtibus e liquidis prebet miracula mundo:
Quot sanãt egros: pandunt dãnantqꝫ nefando
Periuros furtõ: quos tacto flumine cecant.
Postquam non longe cernuntur littora cyrni:
Corsica quam pariter geminato nomine dicũt:
Hanc solam perhibent cathochiten gignere terrã:
Corpibus lapis hic ceu gluten tectus adheret.
Nulla tamen tellus latissima robora silue
Sic habili generat: dehinc rupes colidarum:
Quas septem nũero phibent cognomine plotas
Quippe viam ratibus pelago dant vndiqꝫ vasto
Trinacrie post hos moles distenditur ampla
Cardinibus ternis: laterũ quam terminat ortu
Procurrens pachyno longe: castrisqꝫ pelori
Exterrensqꝫ rates lilibei cautibus aspris.

Eminet ad zephyrū lilibe: pachinusq; sub ortum
Aspicit ausoniam: boreeq; pelorus ad axes:
Qua mare vix superant haud equū mille periclis
Angustum rapido quod frangit gurgite saxa.
Traditur hic pelagi diruptas viribus olim
Excepisse fretum terras cogente ruina.
Plurima sunt istic totum memoranda p orbem
Dianas fons est: camerina gignitur vnda:
Quē si quis manibus non castis hauserit vnq;
Letifico tristis non miscet pocula baccho.
Hec eadem montē mirandam sustinet etnam:
Vertice qui summo rigida niue temperat ignē.
Nec superant flamme frigus: nec frigora flammas:
Hic salis acragas miracula possidet vnus
Naturas in quo proprias mutare videtur
Ignis et vnda. salem nāq; illum soluere flamme:
Vnda solet crepitus illis coniuncta mouere.
Hic et halesinus fons est mitissimus vndis
Tibia quē extollit cantu saltare putatur
Musicus et ripis lentas excurrere plenis.
Cernitur egregius lapis hic. cui nomē achates:

Hoc decrat fluuius cuius generatur ad vndas
Hanc simulachra vides venis ostendere gemmã.
Equoris ad siculi quod vastis funditur vndis
Ad nothon est pontus libyc sirtisq; vadosa
Maior:at vlterius:si pergas cerne minorem
Occiduam iuxta quã menix insula fulget.
Et cercina simul libyca statione patentes
Hadria quas penetrat: venias si parte sinistra
Atq; legas calabrum littus:tunc insula magni
Ostendit sese diomedis nomine dicta:
Quo profugus quondã victor concesserat ille
Coniugis inceste per fraudes egialie.
Ionium pergens absirtidas equor ad ortus
Circuit:has olim colchi tenuere feroces.
Lassi dũ frustra medee furta sequuntur.
Continuo post hasce liburnidas aspicis altas.
Ad nothias partes:hinc seua ceraunia nautis.
Insule ambracie contra cernuntur in alto.
Et corcira potens:ithacesatq; aspera tellus
Et quas oblimat riuis achcloius amnis.
Flumine torrenti precelsam chalcida linquens

Sed multe amnis hyperboree sub pte videntur
Aegilaq̃: inde cithera: calabria dura colonis.
Ad radios vergit: sed carpathus: hanc prope crete
Pinguis et vmbrosis extendens collibus iden:
Ante ortus solis phibent quam fulgere sole.
Signitur hic alimos. q̃ siquis mordeat herbam:
Compescit dãnumq̃ famis: rabiemq̃ diurnam.
Ad rhodos egiptum contra iacet insula diues:
Suniados contra quoq̃ summũ rupis ad ortus
Nubila quã nũq̃ verterunt lumine solis:
Nam purus care potitur telluris abantes:
Supra sunt selamis: necnon egyna: sed ortus
Cernentem ciprum põtus pamphilius ambit.
Post hec sunt terne citra patareide summa
Fama chelidonias: celebrat quas nomine terras.
Nec procul est arados phenices equore cincta.
Aegei vero diuersis partibus alti.
Ad fauces arctas multe sunt insule abidi
Confines asie dextre: europesq̃ sinistre.
Ad boream tamen he ptendunt ordine longo
Europes macris contingit abantias oram:

Et celsam scirus peparhetus sacraqꝫ lemnos.
Fertilis atqꝫ thasos: simul imbros post coribantū
Menibus antiquis samothracia cernitur alta.
Ast asie partē. que tangūt equore primam
Delon circundant: has dicunt cicladas esse:
Contimbos: parados: ceu stellas aspicis almas
Ioniasqꝫ simul: quas inter caunus et alte
Sunt samus atqꝫ chius celebrate nomine claro:
Aeolice post: et lesbus tenedusqꝫ sequuntur.
Et sinus inde melas helles prorumpit in equor
Panditur hinc pelagus: tumidaqꝫ propontide feruet
Ad boream: saxisqꝫ viget proconesus in illa:
Est etiam leuis euxini partibus vna
Quā leucen perhibent: ꝯaduersa borysthenis aruis
Pascit aues quoniā multas candore niuali.
Hic animas perhibent heroum laude potentes
Degere securas virtutis munere pulchro.
Cimmeriū recta: sed si quis bosphoron ibit:
Cernitur hinc dextra vaste meotidis vnda:
Insula mole grauis trans alopecea lata
Post quā phenagoren: hermonasamqꝫ nepotes

C

Egregie quondam coluerunt gentis ionum
Insule hc celebres pelagi sunt nomine claro.
Ast alias refluus circundat tethyos equor:
Quarũ demonstrẽ positũ regionis ad oras:
Ethiopes habitant eritheam pectore iusti
Atlantem iuxta longeui finibus olim
Venit hyperboreis que gens post facta perempti
Geryonis: domuit quẽ virtus herculis ingens:
Sed summã contrã sacrum cognomine dicunt:
Quã caput europe.sunt stanni pondere plene
Hesperides.populus tenuit quas fortis hiberi
Ast alie oceani iuxta boreetidas arctos
Sunt gemine rheniq; britannides hostia cernũt:
Hic etẽ lasso perrumpit tethia cursu.
Has tamẽ haud habeat spacio superare per orbem
Insula perfulget nigro splendore gagates:
Hic lapis ardescens austri pfusus aquarum
Ast oleo perdens flammas mirabile visu
Attritus rapit hic teneras ceu succina frondes.
Nec spacio distant nesidum littora longe
In quibus vxores amnitum bacchica sacra

Concelebrant:hedere folijs tecteq; corymbis:
Oceani tranans hic nauibus equor apertum
At thulen venies:que nocte dieq; relucet
Titanis radijs:cum curru scandit ad axes
Signiferi boreas succendens lampade partes
Ad nauē pelago flectenti aquilonis ab oris
Ad solem calido referentem lumen ab ortu
Aurea spectetur tibi pinguibus insula glebis:
Hinc trepidos prorā conuertēs nauis ad austros
Taprobane veniet:generat q̄ magna elephantes:
Per fines asie iacet hec sub sidere cancri
Littoribus cuius saliunt densissima cete:
Que pascit vastū mare rubrum mōtibus equa
Tenditur horribilis:quorū per terga per armos
Spina ferens cladē:fatūq; sub ore feroci:
Quippe solent pariter nauem sorbere virosq;
Nam mala tā pelagus q̄ terra merentibus offert
Ulterius pergas si post carmanida summam
Ogyris occurrat:qua dicitur esse sepulchrum
Regis erythrei:dederat qui nomina ponto:
Persicus inde sinus penetratur:et icaron offert:

Insula: que fertur nimiũ placare dianam.
Tot sunt ingentes quas cingit tethyos vnda
Insule: ast alie diuersis partibus orbis.
Disperse plures fama latuere minores
Auris difficiles nautis vel portubus apte
Quarũ non facile est mihi ꝓmere nomina versu:
a Et asie fines amboꝝ linea monstrat.
Et formã contra positarum imagine coni:
Paulatim trahitur tamen hec orictis ad oras:
Oceanus statuas bacchi qua tangere fertur
Finibus indorum postremis gurgite torrens
Qua ganges liquido nysseos irrigat agros
Non tantũ et spacio similis telluris aperte
Scilicet ambabus penetralibus vnus in illis
Funditur oceani sinus: et disterminat ambas:
Ast asie gremio triplex mare consugit vndis
Hircanum pariter persum simul atqꝫ sabeum
Hec nothon ad boreos hircanũ vergit ad axes:
Gurgitis euxini vicinum multa virorum:
Milia: quod circum degunt ꝑ littora ponti.
Amborum medius cãpis discernitur isthmos:

Ast asiam qui mons excelsus diuidit omnem
Incipit a medijs terre pamphylidis oris
Et longis sese spacijs producit ad indos:
Nūc obliqua means:nunc recto limite currens
Vertice:quē toruo perhibent cognomine taurū.
Cornua nā summus scopulis imitatur acutis:
Multifidusqꝫ suos huc colles spargit et illuc:
Ex hoc innumeri descendūt fontibus amnes
In partes euri zephyri boreeqꝫ vel austri:
Quis memorare queat fluuiorū noīa cuncta?
Non tamē est vnum montis cognomen vbiqꝫ
Sed varij flexus variantur nomine multo:
Singula sed proprijs sunt nomina nota colonis.
Nunc igitur gentes illū populosqꝫ tenentes
Qui celebres memorē:sed felix numen adesto
Meote primi tangunt meotidis vndas
Sauromateqꝫ truces gens aspera martis in armis
Sāguis amazonidum fortis:quos ꝓtulit olim:
Sauromatis mixte que thermodoonte relicto
Ingentes genuere viros belloqꝫ potentes
Innumeras habitant qui siluas gurgite vasto:

Inter quas tanais meotidis intima pulsat
Europen fluuio dirimens asiamq; reflexo:
Europen zephyro: asiam sub partibus ortus
Caucasijs exit cuius fons montibus altis
Murmure cum vasto scythie per plana refusus
Nunc tamen immenso torrentē flumine vertit
In glaciem boreas horrendo flamine seuus.
Heu miseros homines habitāt qui finibus illis
Aere damnati tristi nimioq; rigore:
Quo pereūt pecudes pariter populiq; virorū
Ni propere linquant sua rura furentibus euris
Hi tanaim habitāt fluuiū prope sauromatarū
Cui sunt vicini sindi quoq; cimmerijq;
Post hos cercetij iuxta quos axenus altis
Fluctuat equoribus: nec nō oreteq; feroces
Et qui troiane post prelia gentis achei
Ascalpi regis: victricia signa sequentes
Dispulsi ventis istas venere sub oras.
Post hos eniochi genuit quos grecia tellus
Et zygij iuxta viuunt regione sub vna
Intima sed ponti post fines tyndaridarum

Agypto missi colchi tenuere coloni
Caucasij montis prope collem et caspia ponti
Littora qua celeres descendunt phasides vnde
Circeosqꝫ secant campos: atqꝫ equora ponti
Nascitur armenij fluuius qui vertice montis:
Ad cuius partes boreas et solis ad ortus
Euxinū dirimens et caspia littora late:
Diffusus spacium per longū panditur isthmos:
Quē iuxta terras habitant orientis iberes
Pyrrhene quondā: celso qui monte relicto
Huc aduenerunt hyrcanis bella frequentes.
Hic tamaritarum gens est charissima bacho
Fluctibus hanc ꝓpter perseuit caspius estus:
Undiqꝫ quē terci cōcludit margine tellus.
Sed mare non valeat tribus illud mensibus vlla
Scilicet immensum nauis transire ꝓfundo.
Non tamen exacuit pars vna sub axibus equor
Qua tractū refuge miscetur tethyos vnde:
Multa quidē generat viuis miracula rerum
Sed tamen egregio cristalli pondere gemmā.
Atqꝫ malos lemures quod pellit munus iaspi

Nocturni manes fugitant: quem mēbra tuentem:
Hoc igitur pelagus: que gentes vndiq3 cingunt
Incipiens numerꝫ primis aquilonis ab oris
Que vergunt zephyro: quas caspia littora claudūt.
Primi sunt scythie populi saturnia iuxta
Aequora viuentes hircaniq3 hostia ponti
Quos supra griphes ditissima rura smaragdo
Qualē non alius terrarum possidet orbis
Atq3 aurū sibimet defendunt pondere puro
Omnia sed duri superans audacia lucri:
Aduersus volucres heu cōmouet arma virorū:
Prelia nam faciūt arimaspi griphibus hostes
Hic et cristalli perlucet maxima moles.
Hinc hunus sequitur. post fortis caspia proles
Hinc sunt albani bellaces marte feroci:
Vnde canes nati superāt genus omne ferarū:
Magnus alexander missum sibi viderat inde
Victorem barriq3 canem: rabidiq3 leonis.
Post hos cadusij durissima rura colentes:
Et prope sunt mardi: sequiturq3 hircania plebes.
Hinc apyri: per quos mardus deuoluitur amnis

Dercebius bibit hunc preter bactrusqꝫ fluentē
Per quos hircanū currens descendit in equor
Sed bactri medijs habitant telluris in aruis:
Parnasum late prope montē rura tenentes.
Dercebij vero sub caspia littora vergunt
Post hos massagete trans flumen araxis ad ortū
Hospitibus seui cunctis belloqꝫ feroces
Non bacchi donum cereris nec munera norunt:
Sed lac cōmixtum potant cū sanguine equino
Hos iuxta boream vergit chorasmia proles
Sugdias hanc sequitur rapidus quā diuidit oxus
Emodū montē: qui linquens caspia rumpit.
Inde sace nimiū certis gens mira sagittis
Flumen iaxartem iuxta: quibus arua coluntur:
Et tochari phruniqꝫ et plurima milia serum
Illis nulla boum pecoris nec pascua cure:
Vestibus vtuntur: texunt quas floribus ipsi.
Quos tenuāt lectos deserti finibus ipsi.
Ast alia scythie gens est externa per arua
Quos prope sunt tristes ventis et frigora terre
Nāqꝫ niues semꝑ pulsant has grandine mixte:

Caspius his populus lustratur pontus et oris.
Aspice post colchos nunc: et post phasidis vndas
Occasum versus populos in littore ponti
Euxini: damus hos vsq ad chalcedonis oras
Bosphorus angustat scopulis que trachius vrgens:
Bizeres primi quos iuxta terra vechirum.
Macrones post hos pariter: phyliresq sequuntur.
Mossyniq domos prebent quis lignea tecta
Turribus arboreis habitātes vnde vocantur.
Hinc pecorū est diues nimirum gens tibarenū
Hanc prope sunt calibes durissima rura colentes
Quos labor exercet seuus ferriq metalla.
Vicinos istis campos terramq parentem
Assyrij cōplent populi qua gurgite vasto
Inter amazonidas thermodon martius amnis
Armeniū linquens montem descendit in equor.
Huc asie quondā deuenit alumna sinope
Ex qua cognomen ceperunt menia clara.
Illius fluuij rigidas prope frigore ripas
Inuenies lapidem cristalli pondere puro
Consimilē gelu nec non splendore nitenti

Gemma micans illic perlucet iaspidis albe
Iris continuo liquidus percurrit in equor.
Post halis est fluuius boree qui currit in ortus:
Atq3 carambidis irrumpit prope littora pontũ:
Armenijs primas qui montibus accipit vndas
Paphlagones post hos maryandyniq3 sequũtur
Bythiniq3 viri pinguissima rura colentes:
Qua rhebas pulcher gratissima flumina voluit
Rhebas qui rapidi decurrit ad hostia ponti.
Nã prius exposita scithye sunt semina gentis.
Nunc asie regio contingens littora nobis
Dicatur: partes calidas decurrit ad austri
Atq3 hellespontũ transit syricq3 recessus
Poscit et arabiam que florent vbere terre.
Sunt chalcedonij primi post hostia ponti
Menia bizantis qui cernunt optima contra
Rhomanisq3 pie regnis dominantia mundo.
Bebricij post hos et mysia montibus alta:
Qua cius egregia decurrẽs murmurat vnda:
Qua nymphas comitẽ phibent rapuisse potentis
Alcide puerũ tristissima fata gementis

Hinc hellespontū pertenditur angulus ingens
Qua breuior phrygie pars est: nā latior intus
Sangarij ripis fluuij vicina rapacis:
Tenditur hec potius titanis pinguis ad ortus:
Altera ad occasus alte sub montibus ide
Altera que cecidit preclaro nomine terra:
Ad xanthi liquidas necnon simoentis ad vndas:
Post hec eolie tellus pretenditur ore
Fluctibus egei primis que tunditur alti.
Inde tenet terras pelagus prope sanguis ionū:
Per quas meander pinguis descendit in equor
Inter miletum currens: latamq; prienem.
Ad latus istorū boreum sunt menia clara
Urbs ephesus: claudit quā grato littore pontus:
Post has meonie tellus que vergit ad ortus:
Et tmoli colles: fluuius quibus aurifer exit
Pactolus: cuius prope ripas tempore verno
Si sedeas: dulci capiaris pectora cantu
Cygnorū: pascunt quos herbe flumine circū:
Nam florent asie p campos plurima prata:
Sed magis ad fluuiū meandri gurgite miti:

Quē iuxta voluens se murmurat vnda caystri:
Post hos sunt licij: quos xantus diuidit amnis:
Ad mare vergentes qui tauri cornua cernunt:
Usq̧ ad pamphylios ꝓhibent quē nomine cragū.
Illic aspicies aspendum menia cuius
Eurimedon amnis radit vicina profundo.
Continuoq̧ iacent alie pamphylidis vrbes:
Coricus parceq̧ calens: et celsa phaselis.
Hos supra medijs habitant telluris in aruis:
Ad partes ortus: gens dura lycaonis armis:
Post hos pisidum pinguissima rura coluntur:
Termesus: libye necnon clarissima slege
Gentis amiclee pulcherrima menia quondā
Hinc sinus est longus cilicū: qui vergit ad ortus
Euxini penetrans vicinas equoris oras.
Hunc asie perhibent angustis partibus esse:
Cui tamen immenso fluuij se gurgite miscent
Per longū pyramus spaciū pynarusq̧ voluti
Flexis et cydnus dirimit qui flumine tarson:
Hinc asie cilicum sunt celsis menibus vrbes
Lyrnesos malosq̧ simul vicina profundo

Atq; soli medio terrarum fine locati
Commagena dehinc regio. syrieq; sequuntur
Urbes disposite per longi littora flexus
Nam casij montis: qua p̄minet ora per equor
Vergit in occasus diffusis tractibus vnda.
Nunc aliquas asie partes tibi carmine pandam
Quadrati lateris qua clauditur vndiq; forma
Et spacijs cāpos longis protēdit in ortum
Scis etenim memorasse tibi: quid collibus altis:
Per totā medijs mons ingens tenditur actu:
Qui fines asie nigros producit ad indos
Hoc latus est boreum tibi: nilus ad oras
Hesperias finit: sed tethys solis ab ortu
Indica concludit: rubrum mare terminat austrū.
Aspice nunc igitur dum finem versibus ortus
Peruenio retegens tibi veris omnia rebus.
Incipiens syrie terris. qua parte reliqui
Que pelagus supra sub solem vergit ad austros:
Urbibus et multis habitatur nomine prisco.
Que caua vulgatur: mediā quia collibus altis
Ast humilē libanus claudit protentus in ortum.

Occasumq; petens casius: multisq; virorum
Incolitur populis locupletibus alma direptis:
Atq; alij medijs habitant telluris in aruis:
Hosq; syros proprie perhibent: sed littora iuxta
Phenices viuunt veteri cognomine dicti:
Quos misit quondã mare rubrum laudibus auctos
Chaldeo nimiũ decoratam sanguine gentẽ:
Archanis dei celebratam legibus vnam:
Quod pelagus primi tentantes nauibus altis
Disiunctas gentes docuerunt iungere mercem
Et primi stellis numeros nomenq; dedere:
Atq; oculis mirum voces sentire figuris.
Hi muros iopes: gazam quoq; elaida complent:
Antiquãq; tyrum: beryti et menia grate:
Uicinamq; mari byblim sydonaq; pulchram
Quã iuxta liquido bostrenus gurgite currit:
Et pinguem tripolim: necnon arthosida sacrã
Laodicem pariter. positam prope littus amenum
Et positi turres: et daphnes optima tempe
Terrarum medijs apamee menia clare
Ad cuius partes eoas currit orontes.

Antiochi medius dirimit qui gurgite regna.
Hec omnis pinguis tellus est vbere leta:
Arboribus pariter.pecoriqꝫ et commoda viti:
Ad cuius fines veniens:quos terminat auster:
Arabi cernes extremi littora ponti
Qui syriam medius disterminat arabiamqꝫ
Et tangit vergens orientem versus elanos.
Diues arabs post quos latissima possidet arua
Que protenta diu cinguntur ab equore perso
Arabis que ferit zephyrus quod flamine seuo
Persica nam flatus eoi littora turbant
Ora: sed hec austro tendit subiecta per ortus
Fluctibus oceani pulsatur et vndiqꝫ rubri.
Hanc quoqꝫ describam tenui ratione recensens:
Pascere nam populos felices diuite terra
Floribus et varijs miracula prebet odoris.
Nāqꝫ thymo myrrhaqꝫ viget cū thuris odore
Et casia.necnon et canne dulcis odore
Cinnama preterea iocunde naribus aure
Fertilis hec generat tellus auriqꝫ metalla
Vestibus auratis quare gens vtitur illa.

His pueros seruans molochites splendet arenis
Andromadasq lapis compescens pectoris iras.
Sed libani montis sunt post decliuia primi
Felices opibus nabatei nomine dicti.
Chablasij post hos atq agreij inde propinquant
Chatramis atq sace. contra sunt persidis equor
Mineiq maris prope rubri littora viuunt
Atq sabe post hos: necnon habitant cletabeni
Arabie populi celebres hi nomine clarorum:
Sunt tamen et plures alij: nam maxima tellus:
Trans istã zephyri sub partes degit erembũ
Speluncis genus infelix et rebus egenis
Qui solis radijs nigrescunt corpus adusti
Dispersiq dolent lustrantes more ferarum
Non arabis similes opulentis: scilicet equa
Omnibus esse potest nũq fortuna bonorum.
Post libani montis populi sunt solis ad ortus
Alterius syrie: que tendit ad vsq sinopen
Cappadoces medijs: habitant in finibus huius
Terminus assyrios: sed claudit ponticus ille
Thermodon: pelagi qua pulsat gurgite fluctus

Cuius ab eōo decurrit limite vastis
Uiribus euphrates descendens montibus asp̄is
Armenie longusq̧ nothon pertendit et inde
Ad solem flexus babylonis diuidit vrbem:
Littora deinde ruens perrumpit persidis vnde
Extrema fluuij sub parte terredona radens
Huius ad auroram ripis deuoluitur altis
Tigris: aqua superāt quē flumina nulla rapacē
Sed tantum superat: q̄ꝫtum vix septimus ortus
Conficiat pedibus spacij properantibus ire
Atq̧ lacus medios thonites intrat et exit
Nec violatur aqua: quamuis penetrabilis illa
Ocior atq̧ vadis emergens cedit amaris:
Hoc tamen omne solum fluuius q̄d cingit vterq̧
Indigene populi pro re dixere medamnem:
Quod medias amnes has terras flumine cingunt
Agricolis pariter pastoribus atq̧ feracē
Ubere nam leto florenti semina cuncta
Herbarūq̧ thoris et gramina leta virescunt:
Et varijs rami complentur fructibus alti.
Gens quoq̧ prefulget claris in laudibus illa:

Nam peperit multos celsa virtute potentes
Atq; adeo similes: licet hoc mortalibus esse
Armenij iuxta quam sunt aquilonis ad axes
Cominus et fortes quos sentit mars matieni
Quos prope concludūt eufratē collibus altis
Montes diuitijs pariter belloq; potentes:
Ad partes austri babylon quam menibus olim
Mirandis posuit firmisq; semiramis vrbem
Cuius in arte domū splendentem fecerat auro:
Quā simul argentū varie decorauit eburq;
Hoc quoq; pingue solū palmarum diuite silua:
Quod fert berylli munus preciosius auro
Berylli lapidem liquidū glauciq; coloris:
Per loca que tendunt asiane ad menia petre.
At supra babylona vides et flumina vasta
Cissos messabiasq; chalonitasq; feroces.
Armenios montes si linquens ibis ad ortus
Medica noscetur tibi tellus cuius ad axes
Geli sunt mardiq; viri simul atrapateni
Ad nothon inde habitant medorū rura tenentes.
Medea hinc fugiens dederat cognomina terre

Hinc medi varios vsus nouere venenis
Quorum per multas spacii diffunditur oras
Hec generat narcissiten olente sub ipso
Qui lapis est fuscus: complent hanc vndiqꝫ silue
Inter quas homines pecuaria ditia pascunt.
Caspiadas tangunt portas: qui solis ab ortu
Rupibus hec celsis asie sunt clausa potentis
Qua via sub boreā duplex se scindit et austrum
Hec regio persas: hircanos ducit at illa:
Sub colles imos habitant: post caspia claustra
Martia gens parthi: telis arcuqꝫ potentes:
Viuere qui spolijs gaudent: raptuqꝫ nefando:
Que propter bellis homines vexantur in orbe:
Atqꝫ optata perit multo pax sanguine mundi.
Post hos est persis circundata montibus altis
Assiduis florens regnis et diuite censu
Ex quo perdomuit lydorum menia sardis
Cingitur excelsis hec vndiqꝫ collibus omnis
Ad vergens austros post caspia claustra petensqꝫ
Quod proprio pelagus celebrat cognomine latū
Atqꝫ tripartitis habitatur finibus illa.

Nanq colunt alij rigide sub partibus arcti
Terras: quas medi nemorosis montibus vmbrāt:
Ast alij medie viuunt regionis in aruis
Littora postremi tangunt australia perse
Prima parte sabe: medijsq pasargada: post hūc
Cascorum telis habitant gens fortis et arcu.
Quinq tenent populi diuisos persidis agros:
Omnibus hec multis recreatur et vbere pingui:
Hinc choros immensus ꝓfunditur inde choaspes
Fonte cadens indo: qui stringit gurgite fusa
In cuius ripis preclaros fulget achates
Pondere consimilis voluit quos vnda chilindris
Fertilis hec tellus fecundis pascitur auris:
Nam ventis semper florescunt rura secundis:
Hec eadē gemmis nimiū decoratur honestis
Quarū quis varias vires quis nomina dicat?
Te colythum memorē iusto cognomine dictū
Qui lapides renum tritus potusq resoluit:
Miritenenq bonū nardi cū reddat odorem:
Hic est actites sonitum cui spiritus addit
Archanū crepitans pregnantibus vtilis esset

Necnon pyrites digito qui strictus adurit
Gemmaqꝫ que radios emittit candida solis
Atqꝫ silenites lunaris imagine lucis.
Quod decus et minuit proprij splendoris et auget
Respice nunc reliquas asie sub finibus oras.
Persidis ad pontū carmani solis ab ortu
Littora pars habitant: medie pars limina terre:
Gedrosi post hos tendūt orientis ad ignem
Oceanū iuxta radijs propioribus vsqꝫ
Et scithic tellus australis flumen ad indum:
Qui ponto rapidus rubro contrarius exit.
Gurgite nam celeri rectus decurit ad austrū:
Caucasijs oriens primum de montibus altis:
Diuidua cuius patalene cingitur vnda
Separat innumeras et vasto gurgite gentes:
Ad partes rapidi qua vergunt lumina solis
Oritas aribasqꝫ simul liniqꝫ arachotas
Utentes leuis: et satraidas simul omnes
Pampanij montis sub celsa rupe arienos
Nomine communi: qui terras vbere nullo
Florentes habitant: squallent nam sentibus asperis

Coralij lapidem: qui rubrum littore carpsit.
Saphiri decus nigri flauique coloris.
Saxorum cedunt venis ac merce beati
In quorū terras hinc tethios equora claudunt
Quas primo titan ascendens lumine cernit
Unde color populis niger est flagrantibus ortus
Atque gerunt similis hyacintho fronte capillos.
Effodiunt alij terras: aurique metallum.
Ast alij texunt tenuissima tegmina lini:
Uel dentes stringunt elephantis ab ore reuulsos:
Scrutantur ripis alij torrentibus imbri:
Berylli gemmas glauci: nitidumque adamanta:
Atque aurum viridis legitur: que splendet iaspis:
Coralijque decus liquidi: gratique topazi
Purpureoque amethysos inest suffusa colore.
Diuitias magnas sic tellus illa ministrat:
Assiduis rigant hanc totam fontibus amnes
Arboribus que viget varijs milioque sequenti
Et precio rubre perfloret arundinis illa:
Hinc alij superant procero corpore tantum
Insiliant equitū faciles vt more elephantis

Ast alij viuunt sapienti pectore nudi
Luminibusq; vident rectis mirabile solem
Et radios oculis et sacra mente retractant
Signaq; concipiũt archana luce futuri:
Psitacus hic viridi decoratus torque rubenti
Nascitur: humane simulat qui verbera lingue:
Nunc age te fluuios montes formamq; docebo:
Ipsius terre populos gentesq; beatas
Marginibus ternis tellus hec clauditur omnis
Obliquatq; latus per cunctas linea partes:
Hesperios fines immanis terminat indus:
Ad nothios pelagus concludit gurgite rubrum:
Sed gentes ortus et caucasus excipit arctum.
Hanc homines habitant multi ditesq; colendã
Nominibus varijs discreti: et finibus amplis:
Dardanij ripas contingũt fluminis indi
Hic vbi precipitẽ scopuli fundunt acesinem
Huncq; capax classis venientẽ voluit hydaspes
Tertius hos sequitur splendenti gurgite cophes:
Toxilus inter quos habitat cum gente fabartũ:
Hinc scodri post hos sunt: peucaneiq; feroces.

Gangarideq truces: auri qua pondus onustū.
Deuoluens: hipanisq trahit: rapidusq megarus
Quos capit emodo missos gangetica monte
Tellus porrigitur que ad terre calidis austros
Oceani tangens pelagus sub collibus altis
Quos volucres metuūt celeri contingere penna
Unde locis graij posuerunt nomen aorni
Hic via que celebrat nomen dionysia bacchi
Cui statuas dederat victoria finibus illis
Hic tylos est superans vaste miracula terre
Insula nāq viret cunctis in partibus anni
Nec folijs nudat ramos autumnus in illa.
Assidueq tenet flores genus arboris omne.
Hic adamas fulget lymphantia pectora sanans
Et prohibens miseris occulti damna veneni:
Quē minime valeat ferrū superare nec ignis
Frangitur hircino maceratus sanguine tantum.
Sed tepido fractis multis incudibus ante
Ad motū retrahit defendens robore miro
Hic lignis lucem simulat splendore lucerne
Hinc meruit nomē preclaro nomine dignum

Tot sunt per terras vulgate nomine gentes:
Nã reliquas que mens valeat mortalis in orbẽ
Dispersas: numerare tibi sine numine magno
Quod bene disposuit terras pontiq; ꝓfundum
Syderibus varijs decorans celestia templa:
Et multis recreans varijsq; coloribus arua
Munera ꝯ populos tribuens diuersa virorum
Sed vos terrarum tractus gaudete per euum:
Et quecũq; mari circũdatur insula vasto:
Oceanusq; simul: necnon penetrabilis vnda:
Quam gremio tellus sinuoso suscipit alma:
Et fluuij: montesq; lacus: quos continet orbis:
Nam pelagi partes percurri carmine vastas:
Et terre pariter regiones finibus amplis:
Omnipotens pro quo genitor mihi premia donet:

Cracouie impressuȝ Christiane salutis Anno supra
Millesimũ quingentesimum quarto

Accipe iā: humanissime Lector: hilari frōte hoc Dionisij Tessalonicensis de situ orbis opus: qđ si quibusdam in locis horridum aliquatenus scabrumq; et minꝰ q̄ par erat climatum vel ad vnguem (vt aiunt) nō bn̄ quadrans aspexeris: ne mireris. temporis enim edacissimi hꝰ vicia esse agnoscis neq; trāscriptoribus longo post annorum interuallo licuisse credas: versus authoris aliqua ex pte variatis dictionibus: vel mutare vł penitus inuertere. quid enim hꝰ ab eo qđ est diuinare differret? Id autez tam difficile estimatur q̄ Joui fulmen: herculi clauam subtrahere aut inter Cyaneas petras nauigare Ceteruz q̄ ex Calcographoruz p̄cipiti labore aut alioquin neglecta offenderis his venia petitur hoc Tetrasticho.

Parce precor: vicij si quid tibi: candide lector
Occurret: vicijsnam quid in orbe caret?
Non Argus quātum vel Lynceus cernimus oēs
Humanum fallax implicat error opus


BIBLIOTH: UNIV: JAGELLONICAE

Coll compl.

